

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fortitudo t
cum fontibus proximo et primis

Fortitudo cum ad aspera ineunda primum faciat,
potius communem utilitatem quam sua commoda attendit.
Sicut enim sciencia remota iusticia calliditas
potius quam sapiencia appellanda est,
sic animus ad periculum paratus, si sua cupiditate,
non communi utilitate impellitur,
temeritatis potius nomen habet quam fortitudinis.

Tullius in rhetorica sua.

Fortitudo est uirtus retundens impetus aduersitatis....
Hec enim uirtus, cum ad aspera ineunda primum faciat,
potius communem utilitatem quam sua commoda attendit.
Sicut enim sciencia remota a iusticia calliditas
potius quam sapiencia appellanda est,
sic animus ad periculum paratus, si sua cupiditate,
non communi utilitate impellitur.
temeritatis potius nomen habet quam fortitudinis.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, C.I (J. Holmberg ed., p.30, ll.1, 19-24).

Praeclarum igitur illud Platonis:
'Non' inquit 'solum scientia quae est remota ab iustitia calliditas
potius quam sapientia est appellanda,
verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate,
non utilitate communi impellitur,
audaciae potius nomen habeat quam fortitudinis.'

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.63 (M. Winterbottom ed., p.26, ll.1-6).